Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

III. De Tyrannide Basilisci & de Zenonis fuga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

tum ſortiuntur: dum voluptas, quæ A præſens eſt, nequaquam ſubſiſtit, ſed quaſi irritamentum eſt ac procemium ſubſequentis. Donec Imperator quiſpiam verè effectus, turbulentam illam voluptatum dominationem procul expellat, regnans deinceps, non autem tyrannide oppreſſus: aut certè ad extremum usque ſpiritum ſerviens, ad inferos detrudatur.

ἔχουσαι. ἀεὶ τῆς ἐν χερσὶν ἡδονῆς οὐχ ἱσταμένης, ὑπέκκαυμα δὲ καὶ προοίμιον ἑτέρας γιγνομένης, ἕως ἢ αὐτοκράτωρ τις ὄντως γινόμενος τὴν ὀχλοκρατίαν τῶν ἡδονῶν ἐξηλάτῃ, βασιλεύων λοιπὸν οὐ τυραννούμενος, ἢ μέχρι τελευταίας ῥοπῆς δουλεύων, τὰ ᾅδου καταλάβοι.

Cap. II.

De Barbarorum incurſionibus, tam in Orientis, quàm in Occidentis partibus.

HUjusmodi ſub initium principatus fuit Zeno, vitâ intemperans B ac diſſolutus. Qui verò ejus imperio parebant, tam in Orientis, quàm in Occidentis partibus, graviſſima perpeſſi ſunt mala: Hinc Saracenis cuncta vaſtantibus: illinc Hunnis, qui olim Maſſagetæ dicebantur, in Thracias irrumpentibus & Iſtrum trajicientibus, nemine obſiſtente: ipſo etiam Zenone reliqua barbaricum in mortem deprædante.

Κεφ. β'.

Περὶ ἐφόδων βαρβαρικῶν, ἔντε τῇ ἕῳ καὶ τῇ δύσει.

ΤΟιαῦτα μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς ὁ Ζήνων, ἐκδεδιῃτημένος τὸν βίον. οἱ δέ γε ὑπήκοοι πρός τε ἀνίσχοντα, πρός τε δυόμενον ἥλιον, κακῶς ἔπασχον. ἔνθεν μὲν τῶν σκηνιτῶν βαρβάρων πάντα ληϊζομένων· Θρᾴκην δὲ πλῆθος Οὔννων τῶν πάλαι Μασσαγετῶν, ἐπιδραμόντων, καὶ τὸν Ἴστρον διαβάντων μηδενὸς ἀμύνοντος, αὐτοῦ δέ γε Ζήνωνος τὰ ὑπόλοιπα βαρβαρικῷ τρόπῳ πρὸς βίας ἀφαιρουμένου.

Cap. III.

De Tyrannide Baſiliſci, & de Zenonis fuga.

POrro cum Baſiliſcus Verinæ frater C adverſus ipſum inſurrexiſſet: erat enim Zeno etiam propinquis ſuis inviſus, eò quod omnes turpiſſimam ejus vitam averſarentur: nullum virile conſilium animo concepit. Ignava quippe ac puſilli animi res eſt nequitia, infirmitatem animi ex eo ſatis prodens, quod voluptatibus ſuccumbit. Sed contentiſſimo curſu aufugit, tali tantoq; principatu citra pugnam cedens Baſiliſco. Obſidionem quoque diutiſſime ſuſtinuit in ipſa Iſaurorum regione, quæ illum in lucem ediderat, Ariadnen uxorem, quæ poſt mariti fugam matrem ſuam reliquerat, ſecum habens, & D quotquot amici ac fidi erga ipſum remanſerant. Ita Baſiliſcus Romanum imperium adeptus; cum Filium ſuum Marcum Cæſarem renuntiaſſet, Zenoni & iis, qui ante Zenonem imperaverant, contrariam viam inire cœpit.

Κεφ. γ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βασιλίσκου, καὶ φυγῆς Ζήνωνος.

ἘΠαναστάντος δὲ οἱ Βασιλίσκου τοῦ Βηρίνης ἀδελφοῦ, καὶ τοῖς οἰκείοις γὰρ αὐτοῦ ἐκπεπολέμωτο, πάντων ἐπίσης τὸν αἴσχιστον αὐτοῦ βίον ἀποστρεφομένων, ἀνδρικὸν μὲν οὐδὲν ὅλως ἐφρόνησεν. ἀγεννὲς γὰρ καὶ δύσελπι ἡ κακουργία, ἐκ τῆς περὶ τὰς ἡδονὰς ἥττης τεκμηριοῦσα τὸ ἄνανδρον. φυγῇ δὲ προτραπόμενος, τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἀκονιτὶ παραχωρήσας τῷ Βασιλίσκῳ, καὶ πολιορκίαν ὑπέστη κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν Ἰσαύρων προαγαγοῦσαν χώραν, ἔχων ἅμα οἱ Ἀριάδνην τὴν γαμετήν, ὕστερον τὴν μητέρα φυγοῦσαν, καὶ εἴ τι ἕτερον εὔνουν αὐτῷ μεμενήκει. οὕτω γοῦν ὁ Βασιλίσκος τὸ στέφανον τῶν Ῥωμαίων ἀναδησάμενος, καὶ τὸν παῖδα Μάρκον ἀνειπὼν Καίσαρα, ἀπεναντίας τῷ Ζήνωνι, καὶ τοῖς προβεβασιλευκόσιν, ἤει.